



DE
PHILOSOPHIA SECTARIA
ET
ELECTIVA.

CAPUT PRIMUM.

*Quid utrumq; nomen præcisè sibi velit ,
præfationis loco, exponens.*

I.



Um ex Platonis apud *Ammon. in*
Porph. definitione, Philosophia sit rerum divina-
rum atq; humanarum, causarumq; quibus conti-
nentur, cognitio, atq; adeò τὸ φιλοσοφεῖν nihil
aliud, quàm διασαμύλω πρὸς τὰ ἔντων θεῶν
hominis mentem παραδείξειν γνώσασθαι τὰ ἐν αὐ-
τοῖς ἀλήθειαν, uti loquitur de Philosophia Lib. de Mundo sub
init. h. e. non tantùm Dei Operumq; divinorum, substantia-
rum puta intellectualium pariter & corporearum, naturam
proprietas & effectûs rimari, horum causas ex rectæ ratio-
nis principiis æstimare (id quod esset res divinas cognoscere)
sed insuper etiam, in se ipsam altiùs descendentem ac per hu-
mani generis conditiones ac societates variantissimas eva-
gantem curiosiùs, affectûs & inclinationes suas aliorumq;,
populorum etiam integrorum, intimiùs perscrutari, eorum
vim ac impetum pernòsse, hujus infringendi, istorumq; in
ordinem redigendorum, vias ac media reperire, quid justum
vel injustum, licitum aut illicitum in actionibus humanis qui-
buscunq;, quid utile quid perniciosum cuiq; societati vel
regimini, pace belloq;, aut quocunq; alio casu, loco, tempo-
re sit, cognoscere; verbo, non superficialiam & generalem
tantùm actiones suas aliorumq; moderandi cupiditatesq;

A com.